

educauerim ⁊ dolorū meorum debetis esse p̄cipes
naturali ⁊ probabili ratione. **E**t conuersus ad hec
torem dixit illi. **E**t tu charissime fili hector oīm fra
trum tuorū primogenitus q̄ ⁊ annoz excellētia ⁊ nir
tutis strēnuitate p̄cedis ceteros fratres tuos hos me
os āplectere monit⁹ ⁊ p̄ceptoz meorum executionez
animosus assume. **S**is ergo tu solus princeps ⁊ dux
huius negocii ⁊ uniuersi tui fratres tibi prorsus o
bediant ⁊ omnes alii regno nostro subiecti qui ī po
tētia tuarum virium nosti domare superbos ⁊ ī tue
animositatis audacia cogis flectere cernicofos. **E**go
enim ab hodie ī antea de eo quod de presenti nego
cio sit futurum me totū expolio ⁊ tuis humeris for
tiorib⁹ totum impono quia in tua iuuenti duricia
potens es bella committere ⁊ bellis strennuis preua
lere quod me natura debilis posse non patit⁹ cū ad
senium iam declinem ⁊ verbis suis rege priamo sine
facto hector in vultu quasi pudoris ⁊ honestorum
prolatōe verborū ad regis pri⁹ uerba respōdit.

¶ Responsio Hectoris primogeniti priami.

Quāritissime domine mi rex nunquid est hominem
inhumanum arripere pondus ⁊ q̄ humana de
sistens a natura voluntas de illatis iniuriis passim
non appetere vlcionem. **E**t si nos qui tanta nobilita
te vigemus / quorum iniuria minima pudoris est /
magni cum personarum qualitas iniuriarum quali
tatē minuat ⁊ augmentet si vindictā appetim⁹ de iū
riis nobis illatis nos sum⁹ degeneres hoīm a natu
ra cū etiā aīalia irrationalia videam⁹ hoc uoto poti
ri. **N**ull⁹ ē ergo iter vestros filios care p̄ q̄ de nece

auorum nostrorum magis teneatur vindictam appetere
sicut ego qui sum primus in eorum ordine geniture et ideo
primus esse debeo in ulciscendi feruore preteritis. **E**rgo
cum omni auditate desidero vindictam meorum inimi-
corum appetere et etiam in cruore meo mea dextera cru-
entatos interimat qui crudeliter meorum auorum et civium
effudere cruorem. **U**num tamen discrete rex ad vestram
reduci peto memoriam ut huius aggressionis nostre
tamquam prudens et sagax consiliarius non solum incho-
andi principia verum sequentia media et exitus qui
succedit in fine. **N**on est enim discrecioni laudande
consilium singula scrutatorie non rimari et negotiorum
iuncta tantum appetere nec aduersere finem ipsorum. **Q**uid enim
prodest alicui bene forte in principijs agere que demum
terminari contingunt fine sinistro. **L**audabilius ergo
est ab illis iniicijs abstinere que euentus dubios in se
habent et que magis ad infelicia quam felicia se declinant.
Illud enim felix potest dici principium cuius exitus felix se-
quitur. **H**ec enim verba discrete rex ac ideo in dicendi
audacia iam prout ut ultionis auditas inconsulta
non arripiat spiritum voti sui in eo assumendo cuius finis
est dubius an succedat prospere vel aduersere. **N**ostis
enim pater karissime totam affricam et europam hodie
grecis subiectam quanta greci multitudine militum
sunt suffulti et quanta sit strenuitate pugnantes quantum
sint pleni diuitijs et quante potestatis vigeant dici-
one. **N**on est equalis hodie asie potentia potestati tot
virorum cum et si in asia multi vigeant homines non
tamen sunt in pugnandi exercitio nimium bellicosi. **C**ertum ergo

magis apud nos potest esse quam dubium si arma contra po-
tiores nobis in discussio consilio ingeramus vix aut
numquam nos posse finem attingere populi. Statum ergo
nostrum qui hodie tanta quiete prepollet tanta felicitate
refulget ad quid vexationibus grauibz appetimus per-
turbare et de iocunditatis requie venire ad victimas
nostrarum miserabiliter personarum. Sane non est exiona tam
caro precio redimenda pro qua forte quod absit de me-
lioribus nobis et forte de omnibus est commutatio faci-
enda. Coniunctibus igitur oculis non est incongruum ex-
ione dissimulare fortunam que tot annis suis est iam
aptata dispendiis et quam mors potest in breui ab aura
viuaci diuellere ut nobis omnibus sit parata causa qui-
etis. Nec vestra care pater credat opinio me ista bel-
lorum timore aut cordis pusillanimitate proferre sed
dubito fortune sinistros euentus et ne tui sceptri dig-
tatas sub insidiolis casibus fortune vacillet. In quibus
dum licet liceat abstinere nam licita est et salubris dissua-
sionis ratio incia dissuadere quam placeant antequam in fe-
licibus mediis subsecutus eorum exitus dampnis et dolori-
bus continuari cogantur.

Consilium patris secundi filii

Accit ergo post hec verba discretus et strenuus hec-
tor sed paris qui verba beccoris diligenter audi-
uit statim se erigens stans hec verba profudit. Audi
rex carissime pater de fine prospero persequendo. Quis
nostrum potest probabiliter formidare si contra hos-
tes nostros arma bellicosa geramus. Nonne sumus tot
strenui tot potentes tot diuites et in tam